



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 26. Disputatio Eckii cum Luthero

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

confutabat, oratione die secunda Julii Sæcul. XVI.  
ad populum habita. A C. 1519.

## §. XXVI.

*Disputatio Eckii cum Luthero.*

Quarta ejusdem mensis die rursus in  
in arenam descenditur, Luthero  
Carolstadii vices agente (\*). Priusquam  
vero disputationi initium daretur, Eckius  
judices, qui de eorum controversiis de-  
ciderent, assignari postulabat; Lutherus  
non nisi certamini præsentis seligebat,  
Eckius vero, cum in tanti momenti quæ-  
stionibus illos, qui promiscue concurrunt,  
certo judicio ferendo impares probe cog-  
nosceret, petiit, ut nonnullis (excepta Pallavic. hist.  
tamen Wittembergensi) universitatibus lib. I. c. 16.  
judicium relinqueretur, atque inter eas In 1. tom.  
præcipue nominabat Erfordiensem ac Pa- oper. Luth.  
risinam. Lubens annuit Lutherus, vana  
spe delusus, has Scholas erroribus ejus  
haud fore contrarias, eo quod apud eas  
in literis educatus esset, atque ambas  
opinionem, quæ Synodorum auctoritatem  
Pon-

(\*) *Ex actis disputationis eo tempore vul-  
gatis ab amicis Lutheri, in cujus operibus in-  
serta sunt, Cochleus hanc in rem ait: Diu re-  
luctabatur Lutherus, se certis submittere judi-  
cibus, magis enim appetebat judicium vulgi,  
& multitudinis confusæ, quam Doctorum.*

Sæcul. XVI.  
A. C. 1591.

Pontifice superiorem adstruit, favere nosset (\*). Rebus ergo ita provide utrinque dispositis, inchoatur disputatio, in qua præprimis agebatur de Lutheri propositionibus ad tredecim contractis, quæ materias de pœnitentia, purgatorio, libero arbitrio, indulgentiis, ac denique de Primatu Pontificis spectabant. His Eckius totidem alias doctrinæ Ecclesiæ consonas opponebat, inter quas postrema ante ceteras discutienda assumebatur, quæ primatum, ac supremam summi Pontificis auctoritatem concernebat. Priusquam vero Lutherus disputationis periculum faceret, asseruit, quod hanc difficultatem declinare consultius foret, partim cum hæc quæstio invidiosa, partim vero ad salutem, ac fidelium sanctitatem haud necessaria sit; si tamen hujus quæstionis dilucidatio suis adversariis utilis videretur, etiam se optaturum agebat, ut cuncti præsentés adessent.

§. XXVII.

(\*) Ergone hæresiarcha causam evicisse, atque Ecclesiam expugnasse arbitratur, si Papam Synodi auctoritati subjiceret, atque hujus opinionis Patronos haberet Parisiensem, atque Erfordiensem Scholam? adeo egregie Basileenses Hæreticis per sua decreta præcluserunt.